



GEOMETRIÆ PRACTICÆ

LIBER SEXTVS.



In quo de Geodæsia, & de figuris augendis, minuen-
disque in data proportione: Item de duarum me-
diarum proportionalium inter duas datas rectas
inventionem: Ac denique de radicum extractione
agitur.



PROPEDITIS iis, quæ de magnitudinum dimensio-
nibus initio proposuimus, restat vt de rectilinearū su-
perficierum etiam diuisione agamus: quæ Geometriæ
practicæ pars proprio nomine Geodæsia vocatur. Nā
δαίω idem significat, quod partior, vel diuido. Scio
plerosque partem etiam illam, quæ magnitudines, &
terram metitur, appellare Geodæsiam; Sed hi, auctore Pediafimo de
mensuratione & partitione terræ, longè à veritate aberrant. *Nam, in-*
quit, terra mensuratio duas in partes diuiditur, Geometriam scilicet, & Geo-
daesiam. Area namque secundum artem mensuratio, & terra mensuratio
est, & merito Geometria vocatur. vnius vero, & eiusdem area, seu loci diuisio
inter diuersas personas, partitio quedam est terra, & iure optimo Geodæsia ap-
pellatur. Hæc Pediafimus.

Geometria
& Geodæsia
quid.

EDIDIT quidem Federicus Commandimus anno 1570. libellū
de superficierum diuisionibus Machometo cuidam Bagdedino Arabi
adscriptum: ipseque eadem de re alium breuiorem, & magis vniuersa-
lem conscripsit: estque sanè libellus vterque acutissimus, & eruditio-
nere-